

SIGHT PASSAGE III

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM, II.1-14

factum est autem in diebus illis exiit¹ edictum² a Caesare Augusto ut describeretur³ uniuersus orbis. haec descriptio⁴ prima facta est praeside⁵ Syriae Cyrino⁶. et ibant omnes ut profiterentur⁷ singuli⁸ in suam ciuitatem. ascendit⁹ autem et Ioseph a Galilaea¹⁰ de ciuitate Nazareth¹¹ in Iudaeam¹² ciuitatem Dauid¹³ quae uocatur Bethleem (eo quod¹⁴ esset de domo et familia Dauid¹⁵) ut profiteretur cum Maria desponsata¹⁶ sibi uxore¹⁷ praegnate¹⁸. factum est autem, cum¹⁹ essent ibi²⁰, impleti sunt dies ut pareret²¹ et peperit filium suum primogenitum²² et pannis²³ eum inuoluit²⁴ et reclinauit²⁵ eum in praesepio²⁶ quia non erat eis locus in diuersorio²⁷. et pastores²⁸ erant in regione eadem uigilantes²⁹ et custodientes³⁰ uigilias³¹ noctis supra gregem³² suum. et ecce³³ angelus Domini stetit³⁴ iuxta³⁵ illos et claritas³⁶ Dei circumfulsit³⁷ illos et timuerunt timore magno. et dixit illis angelus ‘nolite timere! ecce enim euangelizo³⁸ uobis gaudium³⁹ magnum quod erit omni populo, quia natus est⁴⁰ uobis hodie⁴¹ saluator⁴² qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid⁴³. et hoc uobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum et positum in praesepio’. et subito⁴⁴ facta est cum angelo multitudo⁴⁵ militiae caelestis⁴⁶ laudantium⁴⁷ Deum et dicentium ‘gloria in altissimis Deo et in terra pax⁴⁸ in hominibus bonae uoluntatis⁴⁹’.

¹ **exeo, exire, exii, exitus**: come forth, go out ² **edictum, -i, N**: proclamation, edict ³ **describo (de + scribo)**: to describe, here ‘to be enrolled’ i.e., ‘to be counted’ ⁴ **descriptio, descriptionis**: a description, here a ‘census’ ⁵ **praeses, praesidis**: governor, guardian ⁶ **Cyrinus, -i, M**: Grecized form of Quirinius, (Publius Sulpicius) ⁷ **profiterentur**, from **profiteor** (deponent), here meaning ‘to be counted’ ⁸ **singulus, -a, -um**: each, as an individual ⁹ **ascendo, -ere, ascendi, ascensus**: to go up, to embark ¹⁰ **Galilaea, -ae**: Galilee ¹¹ **Nazareth**: Hebrew names are generally indeclinable, construe here as ablative ¹² **Iudaea, ae**: Judaea ¹³ **Dauid**: construe here as genitive ¹⁴ **eo quod + subj.** = because ¹⁵ **Dauid**: construe here as genitive ¹⁶ **desponso (1)**: betroth, promise in marriage ¹⁷ **uxor, uxoris, F**: wife ¹⁸ **praegnas, -natis (adj.)**: pregnant ¹⁹ **cum**: (here) when ²⁰ **ibi (adv.)**: there ²¹ **pario, parere, peperit, partus**: to give birth, to bear ²² **primogenitus, -a, -um**: first born ²³ **pannus, -i, M**: rag ²⁴ **inuoluo, inuoluere, inuolui, inuolutus**: to wrap, cover ²⁵ **reclino (1)**: to lean back, to lie ²⁶ **praesepium, -i, N**: manger ²⁷ **diuersorium, -i, N**: inn ²⁸ **pastor, -oris**: shepherd ²⁹ **uigilo (1)**: to remain awake, to watch ³⁰ **custodio, custodire, custodiui, custoditus**: to guard, to observe ³¹ **uigilia, -ae, F**: a watch ³² **grex, gregis**: flock ³³ **ecce**: behold! ³⁴ **sto, stare. steti, status**: to stand ³⁵ **iuxta (prep. + accusative)**: next to ³⁶ **claritas**: abstract noun from *clarus* ³⁷ **circumfulgeo, circumfulgere, circumfulsi**: to shine around ³⁸ **euangelizo (1)**: to tell good news ³⁹ **gaudium, -i, N**: joy ⁴⁰ **natus est**: is born ⁴¹ **hodie (adv.)**: today ⁴² **saluator, saluatoris, M**: savior ⁴³ **Dauid**: construe here as genitive ⁴⁴ **subito (adv.)**: suddenly ⁴⁵ **multitudo, multitudinis, F**: a multitude ⁴⁶ **caelestis, -e (adj.)**: heavenly ⁴⁷ **laudo (1)**: to praise ⁴⁸ **pax, pacis, F**: peace ⁴⁹ **uoluntas, uoluntatis, F**: will, desire